Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



thalamos ergo quinq; sunt cubiti/ quia hi qui ab exterioribus
quinq; sensibus adhuc ad intellectum mysticum ñ assurgunt. dum
int eos sunt qui spu amoris feruent. uelut manentes inter
thalamos in fidei constructione pficiunt/ a mensura celestis
edificii disiuncti ñ s. Nã & paulisper se ab appetitu corpora
lium sensuum subtrahunt. & dilatato mentis spatio immanen
tes karitate quã ẽspiciunt/ hinc inde ad thalamos exten
duntur: Quod ergo non p sex cubitos s; p quinq; descripti
s/ ipsa adhuc eorq; in pfectio designatur: Sed tamen p bonum
desiderium in mensura spualis edificii esse memorantur/ qa
& uoce sce ecclie p psalmistã dr: In pfectum meum uiderunt
oculi tui/ & in libro tuo omes scribentur: Qui rursum psalmista
dicit. Benedicã omes timentes se/ dns pusillos cum maioribus. Hi
itaq; & in pfecti s & pusilli/ in quantum tam agnoscere pua
lent. & dm & proximum diligunt. atq; ideo bona que possunt.
ñ negligunt operari/ quia & si nec dum ad spualia dona pfi
ciunt. ut ad pfectam operationem uel ad succensam contemplatio
nem animum exercean. tam ab amore di & proximi in quantum
capere pualent ñ recedunt. Unde fit. ut ipsi quoq; & si mi
nori loco in sce tam ecclie edificatione sint positi/ quia & si ad
doctrinam. si ad ppheciam. si ad miraculorq; gratiam. si ad contemptum
mundi plenius exequendum fortasse minores sunt. in timoris
tam & amoris fundamento s; in quo solidantur/ quia & si ig
ne celestis desiderii non ardent. in ipsis exterioribus que ex
ercere sufficiunt uapore karitatis animantur/ & in quibusq; pcellentium
edificia continentur: . Unde recte sponsa in canticis canticorq;
loquitur dicens. Ferculum fecit sibi rex salemon de lignis liba
ni/ columnas eius fecit argenteas/ reclinatorium aureum. ascen
sum purpureum/ media karitate ẽstruunt ppter filias ierlm.
Neq; enim credendum est salemonem tante magnitudinis regem.
qui sic in mensis diuitiis affluebat. ut pondus auri eius
estimari ñ possit. & argentum in illis diebus pcium ñ habere. qa
ferculum sibi ligneum fecit/ S; ẽ salemon uidelicet pacificus
nr. qui sibi de lignis libani ferculum fecit. Ligna quippe li